

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Ambrosius episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

ut contumelias nati infantis subiret. atq. cuncta humanitatis necessaria sustineret. Agentes ergo quantum sufficimus creatori nro gratias. natalem praeiosissimae genitricis cum gaudio celebremus. Dignum namq. est cum summa ei gratulatione famulari. perquam uirginitatis insignia puluerunt. Siquidem ipsa uirgo extitit ante coniugium. uirgo in coniugio. uirgo praegnans. uirgo pariens. uirgo lactans. et dicitur merito. et mater non demarito. Scae quippe matri omps filius nulomodo natus uirginitatem abstulit. quam nasciturus elegit. Exultent ergo uirgines. uirgo peperit xpm. Nihil ex eo quod uouerunt exterminatum. quia uirgo mansit post partum. Exultent uiduae

natalem uirginis celebrantes. Anna uidua uirginem matrem agnouit. Exultent coniugatae. sollempnia beatae matris frequentantes. Elisabeth coniugata uirgine matrem dñi. est salutata. Exultent pueri. continentiam uouentes xpo. Ipse uero integritatem pueritiae conseruauit. qui suae matri fecunditatem attulit. uirginitatem non abstulit. Ipsi gloria in saecula saeculorum amen.

ILE C. SCI. EV. SEC. LUC.
 N illo temp. Exurgens autem maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iudaea. Et intrauit in domum Zachariae. et salutauit Elisabeth. et reliqua.
OMELIA BENTI AMBROSII EPI. DE EADEM LECTIONE.

EXVRGENS
AUTEM MARIA IN
diebus illis. abiit in
montana cum festinatione
in ciuitatem iudaeae. et intra
uit in domum Zachariae. &
salutauit helisabeth. Mo
rale est omnibus. ut qui fide
exigunt. fidem astruant.
Et ideo angelus cum abscon
dita nuntiaret. ut fides astru
atur. exemplo senioris fae
minae sterilisq. conceptum
uirgini nuntiavit mariae.
ut possibile dō omne quod
ei placuerit assereret. Ubi
hoc audiuit maria. non qua
si incredula de oraculo. nec
quasi incerta denuntio. nec
quasi dubitans de exemplo.
sed quasi laeta prouoto. re
ligiosa pro officio. festina
pro gaudio. in montana per
rexit. Quo enim iam dō ple

na nisi ad superiora. cum festi
natione conscenderet. Ne
scit tarda molimina. sci sp̄s
gratia. **X.** Discite et uos sc̄ae
mulieres sedulitatem. quam
praegnantibus debeat exhibere
cognatis. Mariamque
ante sola in intimis penetra
libus uersabatur.
non a publico uirginitatis
pudor. non a studio asperitas
montium. non a officio pro
lixitas itineris retardauit.
In montana uirgo cum festina
tione. uirgo officii memor.
iniuriae in memor. affectu
uigente non sexu. relictaper
rexit in domum. Discite uir
gines non circum cursare per
alienas aedes. non demorari
in plateis. non aliquos in pu
blico miscere sermones.
Maria in domo seria. festina
in publico. mansit apud

cognatam suam tribus mensibus. Et enim quae propter officium uenerat. inhaerebat officio. Mansit mensibus. non quo domus eam delectaret aliena. sed quia frequentius uideri in publico displicebat. Didicisti uirgines pudorem mariae. discite humilitatem. Uenit propinqua ad proximam. iunior ad seniores. Nec solum uenit. sed etiam prior salutauit. Debet enim ut quanto castior uirgo. tanto humilior sit. No uerit de ferre senioribus. sit magistra humilitatis. in qua est professio castitatis. Est causa pietatis. est etiam norma doctrinae. Constituendum est enim. quia superior uenit ad inferiorem. ut inferior adiuuetur. Maria ad helisabeth. Xpc ad iohannem.

Deniq. etiam postea ut scificare baptismum iohannis. dñs uenit ad baptismum. Cito quoq. aduentus mariae. et praesentiae dominicae beneficia declarantur. Simul enim ut audiuit salutationem mariae elisabeth. exultauit infans in utero eius. et repleta est spu sco. Uide distinctionem. singulorumq. uerborum proprietates. Uocem prior helisabeth audiuit. sed iohannes prior gratiam sensit. Illa naturae ordine audiuit. iste exultauit ratione mysterii. Illa mariae. iste dñi sensit aduentum. Faemina mulieris. et pignus pignoris. Ista gratiam locuntur. illi intus operantur. pietatisq. mysterium. maternis adoriuntur pfectibus. Dupliciq. miraculo. prophetae tant matres. spu

XI.

XII.

paruulorum. Exultauit
infans. repleta est mater.
Non prius mater repleta
quam filius. sed cum filius
esset repletus spū scō. reple
uit et matrem. Exultauit
iohannes. exultauit et mari
ae sps. exultante iohanne.
repletur helisabeth. Mari
am tamen non repleti spū.
sed spm eius exultare co
gnoscimus. Incompraehen
sibilis enim. incompraehen
sibiliter operabatur in ma
tre. Et illa post conceptum
repletur. ista ante conce
ptum. Benedicta tu in
ter mulieres. et benedictus
fructus uentris tui. Et un
de hoc mihi ut ueniat ma
ter dñi mei ad me. Nouit
sermonem suum sps scs. nec
umquam obliuiscitur. et
prophactia non solum rerū

completur miraculis. sed etia
proprietate uerborum.
Quis est uentris iste fructus.
nisi ille de quo dictum est.
Ecce hereditas dñi filii merces
fructus uentris. hoc est. he
reditas dñi filii sunt qui mer
ces sunt fructus illius quide
mariae uentre processit.
Ipsc fructus uentris est. flos
radicis. de quo bene prophae
tauit esaias dicens. Exiet
uirga de radice iesse. et flos
de radice ascendet. Radix
enim est. familia iudaeorū.
Uirga. maria. flos mariae xpc.
Qui ueluti bonae arboris fru
ctus nrae uirtutis processu.
nunc floret. nunc fructificat
in nobis. nunc redi uua corpo
ris resurrectione reparatur.
Et unde hoc mihi ut ueniat
mater dñi mei ad me. Non
quasi ignorans dicit. sciteni

esse sci sps gratiam et operatio
 nem. ut mater prophetae
 a matre dni. ad profectum sui
 pigneris salutetur. Sed qua
 si non humani hoc meriti. sed
 diuinae gratiae munus esse
 cognoscat dicit. Unde hoc mihi.

Hoc est quantum bonum mihi
 accidit ut mater dni mei ueni
 at ad me. Non cognosco meū
 unde hoc mihi. qua iusticia.
 quibus factis. pro quibus me
 ritis. Non usitata haec offi
 cia faeminarum sunt. ut ue
 niat mater dni mei ad me.

Miraculum sentio. cognosco
 mysterium. mater dni. uer
 bo facta. do plena est. Ecce
 enim ut facta est uox salutati
 onis tuae in auribus meis.
 exultauit in gaudio infans in
 utero meo. Et beata quae
 credidisti. Uides non dubi
 tasse mariam sed credidisse

et ideo fructum fidei conse
 cutam. Beata inquit quae
 credidisti. sed et uos beati
 qui auditis et creditis. Quae
 cumq. enim crediderit anima
 et concipit et generat di uer
 bum. et opera eius agnoscit
 sit in singulis mariae anima
 ut magnificet dnm. sit in sin
 gulis sps mariae. ut exultet
 in do. Si secundum carnem
 una mater est xpi. secundū
 fidem tamen omnium fructus
 est xpc. Omnis enim anima
 accipit di uerbum. sit tamen
 immaculata et immunis aui
 tius. intemerato castimoniam
 pudore custodiat. Quaecūq.
 igitur talis esse potuerit ani
 ma. magnificat dnm sicut
 anima mariae magnificat
 dnm. et exultat sps eius in do
 salutari. Magnificatur enī
 dñs sicut et alibi legimus.

Magnificate dñm mecum

Non quo dño aliquid huma
na uoce possit adiungi. sed
quia magnificatur in nobis.

I mago enim dñi xpc est. et ideo
si quid iustum religiosumq.
fecerit anima. illa imaginem
dñi ad cuius est similitudinē
creata magnificat. Et ideo
dum magnificat eam. magni
tudinis eius quadam partici
patione sublimior fit. ut illa
imaginem. splendido bonorū
colore factorum. et quadam
aemulatione uirtutis in se
uideatur exprimere. Ma
gnificat autem anima marie
dñm. et exultat sp̄s eius in dño.
eo quod et anima. et sp̄s patri
filioq. deuota. unum dñm ex
quo omnia. et unum dñm p
quem om̄a. pio ueneretur
affectu. Sequitur mariae
quo persona melior. eo pro

phactiae plenior. Nec otiosū
uidetur quod et ante iohan
nem elisabeth propheta
et maria ante dñi generatio
nem. Serpunt enim iam tem
ptamenta salutis humanae.

Nam sicut peccatum a mulierib.
coepit. ita etiam bona a muli
eribus inchoantur. Ut fami
nae quoq. muliebria opera
deponentes. infirmitati re
nuntient. et anima quae
non habet sexum ut maria
quae nescit errorem. religio
so imitetur studio castitate.

Mansit autem maria cum illa men
sibus tribus. et reuersa est in
domum suam. Bene inducit
sc̄a maria exhibuisse officium.
et mysticum numerum custo
disse. Non enim sola familia
ritatis est causa quod diu man
sit. sed etiam tanti uatis pro
fectus. Nam si primo ingres

su tantus processus extitit
 ut ad salutationem mariae
 exultaret infans in utero. re-
 pleretur spū scō mater infan-
 tis. quantum putamus usu-
 tanti temporis scāe mariae
 addidisse praesentiam.
 Mansit autem maria cum illa
 mensibus tribus. Ungebat
 itaq. et quasi bonus athlaeta
 exercebatur in utero matris
 pphaeta. Amplissimo enim
 uirtus eius certamine paraba-
 tur. Deniq. tam diu mansit
 maria. quā diu elisabeth pa-
 riendi tempus impleret.
 Quod si diligenter aduertis.
 inuenies hoc nusquam posi-
 tum. nisi in generatione iusto-
 rum. Deniq. impleti sunt di-
 es. ut pareret maria. impleti
 est tempus ut pareret elisabeth.
 Impleti sunt uitaē tempus. cū
 scī uiri ex hoc uitaē curriculo

demigrarent. Plenitudine
 iusti. uita habet. Inanes autē
 dies sunt impiorum.

I N S C I . A N G E L I .
L E C . S C I . E U . S E C . M A T H .

In illo temp. Accesserunt dis-
 cipuli ad ih̄m dicentes. Quis
 putas maior est in regno cae-
 lorum. Et aduocans ih̄c par-
 uulum. statuit eum in medio
 eorum et dixit. Amen dico uo-
 bis. nisi conuersi fueritis et ef-
 ficiamini sicut paruuli. non
 intrabitis in regnum caelo-
 rum. Et reliqua.

S E R M O . B E A T I
M A X I M I . E P I .
D E I I N D I M .
L E C T I O N E .

S I D I L I G E N-
 T E R A U D I S T I S
 e u a n g e l i c a m l e c t i
 o n e m . i n t e l l e g e r e